UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

II. Quot annis prima Olympias æram Christi præcedat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

7. Si detur Olympias eam quære ſub annis collectis in parallelogrammo B.C. D.E. tum vide quotum annum collectum ſupra ſe in ſummitate tabulæ adſcriptum habeat, & quem ad latus, inter expanſos: V.G Olympias 76. eſt ſub 300. & ad latus habet inter expanſos annos 1.2.3.4. Dic igitur Olympiadem 76. eandem eſſe cum annis Iphiti 301.302.303.304.

QVÆSTIO II.

Quot annis prima Olympias æram Chriſti vulgarem præcedat.

1. COmmunis authorum, & maxime recentiorum ſententia priman Olympiadē ſignat anno ante vulgarem æram Chriſti, ſiue quod in idem recidit, ante C. Cæſaris & L. Pauli conſulatum 776. Eſt Baronij, Spondani, Petauij & aliorum qui Conſtantium imperatorem anno Dom. 361. in fata conceſſiſſe ſcribunt, anno 1. Olymp. 285. ſub initium Nouembris, qui Ciceroni & Antonio Coſſ. inſcribunt ann. 1. Olymp. 179. Auguſto III. & Meſſalæ Coruino annum 2. Olymp. 187. Lentulo & Meſſalino in Decembri annum 2. Olymp. 194. Galbæ & Vinicio Rufo annum 1. Olymp. 212. Idem diſerte docet in Theſibus Deckerius. Conſentit Torniellus ad an. m. 4051. num. 11. & alibi, Salianus in Annalibus paſſim: Ioannes Lucidus, Mullerus, & cateruatim Sectarij, Scaliger, Temporarius, Chriſtmannus, Caluiſius, Alſtedius. Quam doctrinam validiſſimis argumentis poſt cæteros confirmat, contrariaſque opinationes refellit Petauius lib. 9. præſertim cap. 41. eamq; probaui Introd. Chron. cap. 14. inprimis authoritate Cenſorini, quam nemo, vt arbitror hactenus ſciens prudens aſpernatus eſt. Hic enim libro de die Natali, cap. 21. anno Iuliano 283. numerat annum Olympiadicum 1014. qui annus erat æræ Chriſtianæ 238. notatus eclipſi Solis 2. Aprilis, Huic anno 238. ſi 776. annos ad dideris, qui æram Chriſti à prima Olympiade præceſſerant, reperies annum 1014. ſiue 2. Olymp. 254. Adieci deinde exempla, quibus hanc chronographiam illuſtrare licet.

I. Anno 2. Iuliano, qui fuit ante æram Chriſti 44. cæde Iulij Cæſaris funeſtatus, acta eſt Olympias (nec dubium, quin 184.) vt ex Cicerone colligimus li. 16. ad Atticum, ep. 7. Olympiades autem 183. continent annos 732. quibus adde iſtos 44. & conficies 776.

II. Habitum eſt ludicrum Olympicum 193. anno Iuliano 38. Herode infanticida præmia victoribus largiente Cenſorino & Gallo Coſſ. anno ante Chr. octauo. Ad hunc annum 8. adiunge 192. integras Olympiades, ſiue annos Iphiti 768. exurgent anni ante Chriſtum 776.

III. Æſtate anni 94. Iuliani, Gallo & Verannio Coſſ. acta & publicis actis inſcripta eſt Olympias 207. vt cum Solino pleriq; omnes fatentur. Hic autem annus fuit æræ Chriſti 49. cui adde 776. conſient anni Iphiti 825. hoc eſt, primus Olymp. 207.

IV. Lu-

P. H. Philippi
Chronolog
Vet: Teſtam
A IV
17

IV. Luna defecit XI. diebus ante pugnam, qua Darius ab Alexandro
victus eſt, anno 2. Olymp. 112. teſte Plutarcho, Diodoro Siculo, Plinio, C
mine contradicente, quæ defectio Lunaris deprehenditur die 20. Septem
Solis 15. Lunæ 13. His autem notis ſignatur annus ante Chr. epocham
ee annum 1. Olymp. 112. ſiue Olympiadicum 44. prodibit annus ante Chr
V. Eo anno quo acta eſt Olympias 94. Sol defecit teſte Xenophonte
Hic defectus deprehenditur 3. Septemb. anno ante Christi æram
lympiadas, ſiue annos 372. erunt 776. anni à prima Olympiade ad
His addit Petauius exempla ſequentia.

VI. Solis eclipſis fuit teſte Thucydide lib. 2. æſtiuo tempore anni
poneſiaci, quod certum eſt incepiſſe in Vere ſub finem anni 1. Olymp.
Solis defectus incidit in annum ſecundum eiuſdem Olympiadis,
cyclo Solis 27. Lunæ 8. qui ſunt characteres anni ante Christi Epocham
adde annum 1. Olymp. 87 hoc eſt, Iphiti 345. exurget annus à primo
lympico, ad æram Chriſtianam 776.

VII. Aliam Solis eclipſin idem Thucydides lib. 4. accidiſſe tradit
belli prædicti ineunte, nimirum ſub finē an. 4. Olymp. 88. Hanc
abacus Mathematicus repræſentat cyclo Solis 6. Lunæ 15 die 21. Martij
ante Chr. 424. Adde 88. integras Olympiadas, ſiue annos iphiteos 3
ad annum 776. ante Chr. vnde Olympiades originem ducunt.

VIII. Celebris defectus lunaris notatur an. 19. belli Peloponeſiaci,
Nicias Dux Athenienſium mouere noluit, & ſic in Sicilia ſibi & to
perniciem attulit. Huius eclipſis meminerunt Plutarchus in Nicia, Diod
quæ incidit in an. 4. Olymp. 91 quandoquidem bellum occœpit annus
iam penè deſinente. Fuit autem hæc defectio nocte quæ ſecuta eſt
cyclo Solis 17. an. ante Chr. 413. Adde annos Iphiti 363. ſiue 3. Olymp.
ges ad caput Olympiadum, fixum anno 776. ante Chriſtum. Plura
tiam apud Petauium reperire licebit.

2. Porro ex omnibus & ſingulis hiſce exemplis clarè colligitur
cum, Mercatorem, & ſi qui ſint eiuſdem opinionis, à vero aberrare,
tardius initium Olympiadum conſtituunt. *Secundò* annos Chriſti,
vulgares ijs modis, qui ſequuntur, cum annis Iphiti componendos eſſe.

Regula 1. Si detur aliquis annus æræ Chriſti, ei adde 776. & confer
ti iniens. V. G. anno Dom. 1634. adde 776. & prodibit annus Iphiti 2410.
ni illius milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi quarti inceptus.

Regula 2. Datus annus ante æram Chriſt. ſubtrahatur à 777. & rema
lymp. tunc exorſus. Sic annus 8. à 777. ſubductus relinquit annū Iphiti
Chr. 8. inchoatum. Quod ſi tamen annus ante Chr. ſuperauerit 776.
tionem Olympiad. illo anno poſteriorem fuiſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV	III	II	I	700	600	500	400	300	200	100	0
97	98	99	100		20	45	70	95	120	145	170
93	94	95	96		21	46	71	96	121	146	171
89	90	91	92		22	47	72	97	122	147	172
85	86	87	88		23	48	73	98	123	148	173
81	82	83	84		24	49	74	99	124	149	174
77	78	79	80		25	50	75	100	125	150	175
73	74	75	76	1	26	51	76	101	126	151	176
69	70	71	72	2	27	52	77	101	127	152	177
65	66	67	68	3	28	53	78	103	128	153	178
61	62	63	64	4	29	54	79	104	129	154	179
57	58	59	60	5	30	55	80	105	130	155	180
53	54	55	56	6	31	56	81	106	131	156	181
49	50	51	52	7	32	57	82	107	132	157	182
45	46	47	48	8	33	58	83	108	133	158	183
41	42	43	44	9	34	59	84	109	134	159	184
37	38	39	40	10	35	60	85	110	135	160	185
33	34	35	36	11	36	61	86	111	136	161	186
29	30	31	32	12	37	62	87	112	137	162	187
25	26	27	28	13	38	63	88	113	138	163	188
21	22	23	24	14	39	64	89	114	139	164	189
17	18	19	20	15	40	65	90	115	140	165	190
13	14	15	16	16	41	66	91	116	141	166	191
9	10	11	12	17	42	67	92	117	142	167	192
5	6	7	8	18	43	68	93	118	143	168	193
1	2	3	4	19	44	69	94	119	144	169	194

P.
H. Philippi

Chronolog
Vet: Testam

A IV
17a

IV.
victus
mine
Solis
ee ann
V.
Hic d
lympi
His a
VI
pone
Solis
cyclo
adde
lymp
VI
belli
abac
ante
ad an
VI
Nici
perni
quæ i
iam p
cyclo
ges a
tiam
2.
cum
tardi
vulg
R
ti int
ni ill
R
lym
Chr
tion

77
cus
Ch

bit
toll
tur.
uuc
tas
die
Pin
3
cun
troc

quo
piad
parte
expa
meri
colu
cer
nus
aper
ritur
In co
lymp
4
inter
dem
74.
775
quia
nus
conf

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula 3. Si datus annus Olympiadicus non exceſſerit 776. cum à 777. ſubtrahe, & remanebit annus ante æram Chriſti, quo datus Olympiadicus iniit. V. G. annus 770. Olympiadicus cœpit anno 7. ante vulgarem æram Chriſti.

Regula 4. Si datus annus Iphiti ſuperet 776. ab eo tolle 776; remanebit annus Domini quo cœpit ille Olympiadicus. V. G. Ab anno Iphiti 2410. tolle 776. remanebit annus Domini 1634. quo annus ille Iphiti 2410. inchoatur. Oriuntur autem ſinguli anni Olympiadum *ex diebus æſtiuis*, ſiue circa æſtiuum Solſtitium, *quibus Agon Olympicus celebratur*, inquit Cenſorinus. Celebritas ſex dies tenebat: certaminibus initium dabatur die XI. primi menſis, finis die 15. imponebatur, die 16. præmia victoribus diſtribuebantur, vt ex Tzeze & Pindari Scholiaſte tradit Petauius, & fatetur Caluiſius.

3. Legitimam porro connexionem annorum Chriſti & ante Chriſtum cum Olympiadibus exhibent ſequentes tabellæ, quas tradidi & explicaui Introd. Chron. cap. 14.

Hic eſto tabella concordiæ Olympiadum cum annis ante æram Chriſti.

Et tabella concordiæ Olympiadum cum æra Chriſti.

Tabulæ iſtæ hunc vſum habent. vt dato anno Olympiadico, mox dicamus quotus annus Chriſti vel ante Chriſtum reſpondeat, & contra quotus Olympiadicus quolibet dato Chriſti vel ante Chriſtum anno incipiat. In ſuprema parte tabulæ prioris, ſunt anni collecti ante æram Chriſti: ad latus ſunt anni expanſi. Sub annis collectis ſunt Olympiades. Supra annos expanſos ſunt numeri, IV. III. II. I. quibus ſignificatur omnibus illis annis expanſis, qui in eadem columna ſunt, ſub IV; incipere annum 4. alicuius Olympiadis; annis ſcilicet 97. 93. 89. 85. &c. Annis ſub III. in eadem columna notatis init aliquis annus tertius Olympiadum. Videlicet annis 98. 94. 90. 86. 82. &c. Annis ſub II. aperitur annus 2. vt anno 99. 95. 91. 87. &c. Annis denique ſub I. ſignatis oritur aliquis annus primus certæ Olympiadis, nempe anno 100. 96. 92. 88. &c. In communi verò angulo annorum expanſorum & collectorum reperitur Olympias; ſicut Aureus numerus in ſimili tabella.

4. Exempli cauſa: ſi vis ſcire quando fuerit Olympias prima; eam quære inter Olympiadas, quam reperies ſub anno ante Chriſtum 700. rectà per eandem columnam deſcendendo à 700. vſque ad 1. ad latus autem videbis 76. 75. 74. 73. Dic ergò Olympiadem primam duraſſe annis ante Chriſtum 776. 775. 774. 773. ita vt anno ante Chriſtum 776. inceperit annus 1. Olymp. 1. quia ſupra 76. in ſummitate annorum expanſorum eſt I. Anno 775. incipit annus 2. quia ſupra 75. notantur II. Anno 774. aperitur annus 3. quia ſuper 74. conſpiciuntur III. Denique anno 773. emergit annus 4. iſtius Olympiadis,

P.
H. Philippi
Chronolog
Vet: Testam.
A IV
17a

quia ſuprá 73. ſunt IV. Pari ratione Olympias ſecunda habet ante
Chriſtum 772. 771 770. 769. Olympias 20. habet ſupra ſe 600, ad la
100. 99. 98. 97. occupat ergo hæc vigeſima Olympias annos ante C
700. 699. 698. 697. Olympiadis 194. (quæ eſt vltima in hac tabula)
quaterni ante æram Chriſti incipiunt, anno 4. 3. 2. 1. quia iſta Olymp
ſupra ſe habet in capite ſuæ columnæ 0. ad latus vero 4. 3. 2. 1. tempo
cem annorum expanſorum.

5. Si detur annus ante æram Chriſti, qui non ſit præciſè ſupra
mus aut milleſimus; eodem prorſus modo Olympiadem inueſtiga
annis Chriſti Aureum numerum aut cyclum Solis inueſtigare ſolem
anno ante æram Chriſti 601. inuenies in communi angulo 44. tempo
cem ſecundæ columnæ Olympiadum ſub 600. è regione 1. qui eſt
infimus in columna prima annorum expanſorum: cum autem ſupra
lumnam ſint IV. indicant anno 601. ante æram Chriſti incep
Olymp. 44.

6. Si detur annus ante Chriſtum præciſè centeſimus: quære
lympiadem ſub 0. è regione 10. & inuenies anno ante Chr. 100. inc
num primum Olymp. 170. Olympiadem anni ante Chriſt. 200. q
100, &c. pariter è regione anni expanſi 100. vbi reperies annum
145. & ſic de cæteris, ita vt quæratur angulus in quem conueniunt
reſidui centeni, quos datus annorum numerus complectitur.

7. Eadem prorſus eſt ratio tabulæ connexionis Olympiadum
Chriſti. Tantum obſeruandum eſt, ſupremo loco eſſe annos Chriſti
ctos; ad latus verò expanſos, quatuor columnis adſcriptos. Sub
ſignamus Olympiades. Hinc collige anno Chriſti primo, incepiſſe
Olymp. 195. anno ſecundo Chriſti, ſecundum, tertio tertium, qua
tum eiuſdem Olymp. 195. Anno Chriſti 1620. incepit annus 4. Olymp
Anno 1636. annus 4. Olymp. 603. Anno 1640. annus 4. Olymp. 614.

8. Ne vero bonis authoribus errorem falſo impingamus, aduerte
eſt, æræ Chriſti vulgaris eum annum primum eſſe, quo C. Cæſar & L.
geſſere Conſulatum, ac proinde eos authores hallucinari, qui aliunde
Chriſti annos deducunt: ij vero, qui Chriſti Natalem citius notant,
nobis quoad Olympiadas aduerſantur. Verbi Gratia dum Chriſtum
aſſerunt anno 774. Iphiti, ſiue anno 2. Olymp. 194. Nam & Deckers
nos à prima Olympiade ad vulgarem Chriſti Epocham nobiſcum 7
putat: Chriſti vero Natalem quadriennio citius aſſignat. Quare T
in eo mihi redarguendus non videtur, quod Chriſti ortum tribuat
prima Olympiade 774. Lentulo & Meſſalino Coſſ. Sic enim bien

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ram communem præuertit, cum Baronio & alijs pluribus, quorum ſententiæ ſubſcripſi in *quæſt. Chron. de annis Saluatoris.* Illis autem nequaquam aſſentior, qui Christi Natiuitatem C. Cæſari & L. Paulo Coſſ. præponunt, nec tamen ab ea vulgatem æram diſtinguunt.

QVÆSTIO III.

De nexu Olympiadum cum Periodo Iuliana.

1. ANnus primus æræ Chriſtianæ eſt 4714. Periodi Iulianæ, vt alibi ex omnium ſententia notaui: ante æram autem Chriſtianam, à primo agone Olympico anni 776. numerantur. His ergo à 4714. detractis relinquetur annus Periodi 3938. quo prima Olympias celebrata eſt. Cyclo Solis 18. Lunæ 5. Anno Periodi iſtius 3939. inijt 2. Olympiadicus, anno 3940. tertius, & ſic de cæteris. Vnde fit, vt ſi dato alicui anno Olympiadico addantur 3937. prodeat annus Periodi quo Olympiadicus aperitur. V. G. anno 2. Olympiadico adde 3939. exſurget annus Periodi 3939. Anno 777. Olympiadico appone 3937. proueniet annus Periodi 4714. quo annus 777. Iphiti ad æſtiuum Solſtitium ortus eſt.

2. Si vero proponatur annus aliquis huius Periodi, qui non excedat 3937. annus propoſitus Olympiades anteceſſit: ſint vero maior fuerit numerus quam 3937. ab eo tollantur 4937. vt annus Iphiti inceptus deprehendatur. Ex. ca. Ab anno Periodi 3938. tolle 3937. remanebit 1. annus Iphiti, quem anno illo 3938. inijſſe iiſdem exemplis probatur, quibus iam oſtendi Olympiadas cœpiſſe anno ante Chriſti epocham 776. Imo ſua exempla Petauius ad annos Periodi accommodat, quos ad æram Chriſti reduces, ſi à datis annis Periodi, 4713. ſuſtuleris. Verbi Gratia aufer 4713. à 4714. & habebis annum 1. æræ Chriſtianæ. Si verò annus Periodi proponatur, qui 4713. non excedat; ſubtrahatur à 4714. vt remaneat annus ante æram Chriſti. V. G. Annus Periodi 3938. ablatus à 4714. relinquit annum 776. ante Chriſtum.

3. Quia vero Olympiades ad annos Periodi Iulianæ beneficio Arithmetices reuocari non poſſunt, niſi prius in annos Iphiti reſoluantur, ad quod præſtandum pluſculum temporis requiritur: en tibi tabella, qua citiſſimè & facilimè ex dato anno Periodi qui non ſit minor 3938. Olympiadem colligas, & viciſſim ex Olympiade annum Periodi Iulianæ.

Hic eſto tabula coniunctionis Olympiadum cum Periodo Iuliana.